



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris  
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis  
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

**Visconti, Giuseppe**

**Parisii, 1618**

Cap. 34. De manus impositione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)

De manus impositione.

CAP. XXXIV.

M <sup>anu</sup>hi autem ad impositionem manus in tento studio properandum est. cuius antiquitatis comprobanda causa, ab Apostolis constitutionibus exordiri placuit, in quibus sic legitur: <sup>Manus im-</sup>  
<sup>positio in</sup>  
<sup>catechis-</sup>  
<sup>mo.</sup>  
a li. 7. c. 39.  
Catechesi, qui ad baptismum accedit, adoret autem: qui manus imponit, ipsum Deum cunctorum dominum. Ex hoc loco crediderim rerum diuinorum scriptores eiusdem rei significandae occasionem desumptissime, quorum magna copia legentibus suppetit. S. quidem Dionysius, qui ipsis Apostolis suppar fuit, lib. de Eccles. Hierarch. cap. de bapt. cum omnes baptismi ceremonias explicandas suscepisset, inquit: explanata eidem diuina vita, &c., ut ita dicam, conversatione, ex eo præterea querit, num ita constitueret: cum promisit, manum eius capiri admoueret, signoq; edito, sacerdotibus imperat, ut viri, atq; sponsi nomine perscribant. Senerus quoque Sulpiius de vit. S. Martini, cum eius egregias virtutes, & rei Christianæ augendæ studium referret, impositionem manus desiderare, pro catechumenorum classem appetere, dixit illis verbis: nemo fere ex immani illa multitudine gentilium fuit, quis non impositione manus desiderata, Dominum Ielum, reliquo impietatis errore, crediderit. & lib. de virtutib. S. Martini, postea quam gentilium vota, &c.

382 De Antiq. Bapt. ac Car.  
melioris religionis amplectenda propo-  
explicauit, tum subdit: nec cunctatum in me-  
erat, campo cunctos imposita uniuersis manus  
menos fecit, cum quidem ad nos conuersi fu-  
non irrationabiliter catechumenos in campis  
folerent martyres consecrari: Neque etiam ad co-  
rem comprobandum desunt illustria S. Aug-  
ustinii testimonia: sed illud præclarum, an-  
tiquissimum est, quod lib. de peccat. ment. dis-  
miss. cap. 26. legitur. ait enim: non unus me  
sanctificatio. nam & catechumenos secundum so-  
dam modum suum per signum, & orationem na-  
impositionis puto sanctificari. Quare à Petro Cl.  
sologo dictum est, cum eorum catene  
qui à gentili caligine, ac tenebris erue-  
ferm. 52. referret; hinc est, quod venient ex  
bus impositione manus, & exorcismus ante do-  
ne purgatur, & apertio[n]em aurum percutit  
dei capere posse auditum. Quod etiam Leo  
Pontifice significatum credimus, cum En-  
78. ad vniuers. Camp. Samn. & Picen. Encl.  
cap. 1. inquit: ut circa renouandos nihil datur  
Ecclesiastica, nihil in exorcismis impositu[m]  
nihil ipsa ieiunia, quibus vetus homo destrui-  
rentur, &c a S. Gregorio Magno homil. 39. nro.  
16. Marc. sancta quippe Ecclesia quotidie spe-  
liter facit, quod per Apostolos tantum corpora  
faciebat. nam sacerdotes eius, cum per exorcis-  
tiam manum creditibus imponunt, & bello  
maligno spiritus in eorum mente contradicunt,  
aliud faciunt, quam dæmonia efficiunt? Item  
sacram, prius catechi[?] es eos, imposta manus  
capita eorum: & paulo post, facias eum ut  
manus

menum, & exsuffles in faciem eius, & facias eam  
crucem in fronte, & ponas manum super caput eius.  
Quibus locis quamquam id manifestè com-  
probatur, tamen ut nullus dubitandi locus re-  
linquatur, idem clarissimis Seueri Alexandri-  
ni, & Ordinis Romani testimoniis confirma-  
bo, quorum ille lib. de bapt. & imponit, inquit,  
eius manus sacerdos, atque hanc adiurationem dicit, in  
omni invocatione faciens crucem super vultum eo-  
rum: hic vero de denunciat. scrutin. ad elect.  
eadem die tanguntur aures, & nares catechumeno-  
rum digitis presbyterorum, & imponens manum  
super capita eorum, dicat: omnipotens, &c. de die  
Sabb. S. hoc expleto, ambulat in circuitu, imposta  
manu super capita eorum. Quae verba cum me-  
cum ipse attente considerarem, cœpi primum  
existimare, manus impositionem à catechu-  
menorum cæremoniis eximi oportere: quo-  
niam Paschatis per vigilio factam esse, intelli-  
gebam. verum cum postea meminissem, om-  
nes cæremonias baptismi die repeti solitas es-  
se, tum priorem sententiam exuendam esse,  
animaduerti, & ad ea testimonia mentem ad-  
iiciendam, quibus planum erat, ad catechu-  
menorum cæremonias pertinere. ea sunt pri-  
mo Authoris Constitut. Aposto. Dionysij Sul-  
picij, Gregorij, & Ordinis Romani verba, quæ  
paulo ante citauit, denuo aduocaturus, si opus  
sit: deinde S. Augustini locus li. 2. de bapt. par-  
ul. c. 37. ubi inquit: non omnis modi est sanctificatio,  
nam & catechumenos secundum unum suum quen-  
dam modum per signum Christi, & orationem sub  
manu impositione posse sanctificari: postremo

Albini Flacci authoritas lib. de Diuin. cap. 19. cum habet: ponit manum super caput rum, & dicit orationem ad catechumenos fiduciam. Sed quia cæmoniarum, que in chismo adhiberi solebant, non satis erat quietatem, vel tempus ostendere, conabentur fidelibus ea tradere, ex quibus huic consuetudinis causa, & origo percipi queat. Elementum ea cæmonia a Christi Domini baptismo accepta, in quo nobilis vates humani generis vindicem Iordanis flumine lauatus, animum imposuit: sicut ex Seuero Alexander lib. de bapt. colligitur. nam, cum ei cæmonie usum, & consuetudinem retulisset: accessit Ioannes tanquam sacerdos benedictio & imposuit dexteram suam capiti Domini spiritus sanctitatis in similitudinem columbae descendit, mansaque super caput filii, & super duas incubuit. Eiusdem vero consuetudine eam rationem afferre possumus, quod in baptismate ad Dei famulos aggregamur. aqua Ecclesiæ ditionem concedimus. Quare sentaneum fuit, ut veteres Christiani regni Antistites, qua cæmonia seruitur, possessionis iura exprimi solerent, eadem in salutaris baptismatis administratione renuntur. Nemo autem dubitat, eam in misericordia impositione potissimum sitam fuisse, si Job caput 17. 19. & 22. Ciceroarem 1. de urbe Virgilium 10. Aeneid. Ouidium 4. Faust. S. Augustinum lib. 1. cont. Academ. & Martin de Roa lib. 1. singular. consulat. Sed eadem consuetudo etiam alia ratione confirmatur.

test. Etenim impositione manus ea reconciliatio significabatur, qua, qui extra Ecclesiam fuerat cum Ecclesia gratiam inibat: eo quod reconciliatio, ut in absolutione eius, qui conscientia sordes confessione detersit, vel anathematis vinculo fuerat irretitus, per quādam manum impositionem fieri solita sit. Varia manus impositionis genera hoc loco afferri possunt: sed non necesse est. constituto enim eo, quod ad rem presentem pertinet, in catechismo manum super caput impositam esse, reliqua deinceps persequemur.

*Vnctionem olei in catechismo adhibitam.*

CAP. XXXV.

**A**c quoniam baptismus ad Christiani nominis assecutionem nos adducit optimo iure Patres statuerunt, ut ante baptismū ceremonia adhiberetur, qua homines, Christi, merito dici possent. Ea in oleiunctione sita erat, quæ quidem ceremonia cum ab ipsis Apostolis seruata, preceptraque sit, ea perpetuo catholica Ecclesia usita est. ad cuius rei probationem dupli via, & ratione possumus pervenire. Prima est, cum Patres, qui ab Ecclesiæ primordiis, atque omni deinceps tempore fluerunt, quicunque Ecclesiastica obseruationis decupletissimi testes sunt, in medium adducimus. Ex his vero nullus est, qui eius consuetudinis non aperite meminierit: quorum testimoni-

B b